# MISSALE ROMANUM

## PROPRIUM DIOECESIS SPIRENSIS

**Die 27 ianuarii** **B. Pauli Iosephi Nardini, Presbyteri**

Paul Josef Nardini, am 25. Juli 1821 in Germersheim geboren, entschloss sich früh Priester zu werden. Für dieses Ziel musste er schon während seiner Jugendzeit viele Schwierigkeiten überwinden. Nach dem Abitur und dem Studium, das er mit der Promotion im Jahr 1846 abschloss, wurde er im Speyerer Dom zum Priester geweiht. Erste Stationen seines Wirkens waren Frankenthal, das Bischöfliche Konvikt in Speyer und Geinsheim. Im Jahr 1851 wurde er Pfarrer von Pirmasens, wo er trotz massiver Widerstände sofort begann, die unbeschreibliche Armut zu bekämpfen. Zu diesem Zweck gründete er im Jahr 1855 den Orden der Armen Franziskanerinnen von der Heiligen Familie. Zugleich war Nardini auch ein religiöser Erneuerer seiner Pfarrei im gottesdienstlichen Leben wie in der Verkündigung. Auf seine Gesundheit nahm er dabei keine Rücksicht. So starb er am 27. Januar 1862 im Alter von nur 40 Jahren. Am 22. Oktober 2006 wurde er im Dom zu Speyer selig gesprochen.

**Ant. ad introitum** **Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.** Lc 4,18

**Collecta**

**Misericors Deus,**
**qui in Ecclesia Tua beatum Paulum Iosephum, presbyerum,**
**pastorem eximium simul ac patrem pauperum constituisti,**
**da nobis, quaesumus,**
**ut suscitati exemplo, eiusdemque intercessione,**
**Tibi profundius inhaerentes**
**in proximorum caritate crescamus.**
**Per Dominum.**

**Super oblata**

**Deus, qui beato Paulo Iosepho divina celebranti mysteria**
**tribuisti quod tractabat imitari,**
**concede, ut, huius sacrificii virtute,**
**ipsi quoque in oblationem Tibi acceptabilem transeamus.**
**Per Christum.**

**Ant. ad communionem** **Confiteantur Domino misericordiae eius, et mirabilia eius filiis hominum:**
**quia satiavit animam inanem, et animam esurientem satiavit bonis.** Ps 106,8-9

**Post communionem**

**Caelestibus, Domine, refecti sacramentis,**
**supplices deprecamur,**
**ut ad imitandum filium Tuum pauperibus evangelizantem,**

**sicut exemplis beati Pauli Iosephi provocamur,**
**ita et patrociniis adiuvemur.**
**Per Christum.**

**Die 4 maii**

# B. Guidonis, Abbatis

Guido wurde um 970 bei Ravenna geboren, war Mönch und ab etwa 1008 auch Abt der Benediktinerabtei Pomposa an der Adriaküste. Vom Geist des hl. Romuald geprägt, wirkte er ganz im Sinne der Erneuerung des monastischen und kirchlichen Lebens seiner Zeit und führte die Abtei Pomposa zu hoher Blüte. Unter seinen Mönchen war Guido von Arezzo, zu seinen Gästen und Freunden zählte der hl. Petrus Damiani, Kaiser Heinrich III. schätzte seinen Rat. Abt Guido starb auf dem Weg zur Reformsynode in Pavia am 31. März 1046, Seine Gebeine wurden von Kaiser Heinrich III. nach Speyer überführt und am 4. Mai 1047 in der Stiftskirche St. Johannes, dem später nach ihm benannten St. Guidostift, beigesetzt.

**Ant. ad introitum**

**Ille vir iustus atque proféctus fuit generatiónibus suis,**
**cum Deo ambulávit.** Cf. Gen 6,9

**Collecta**

**Dómine, Deus noster,**
**qui corpus beáti Guidónis abbátis**
**Ecclésiae Spirénsi custodiéndum commendásti,**
**praesta, quáesumus,**
**ut qui de eiúsdem sancti Guidónis**
**ánnua gaudémus translatióne,**
**eius praeséntia nosmetípsos instauráre**
**et te super ómnia dilígere iuvémur.**
**Per Dóminum.**

**Super oblata**

**Clementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto,**
**novum secúndum te in beáto Guidóne creáre dignátus es,**
**concéde propítius, ut nos páriter renováti**
**hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus.**
**Per Christum.**

**Ant. ad communionem**

**Ille comédit et bibit et ambulávit in fortitúdine cibi illíus**
**quadragínta diébus et quadragínta nóctibus,**
**usque ad montem Dei Horeb.** Cf. 1 Reg 19,8

**Post communionem**

**Quáesumus, omnípotens Deus,**
**ut, qui huius sacraménti munímur virtúte,**
**exémplo beáti Guidónis discámus te super ómnia**

**semper inquírere,**
**et novi hóminis formam in hoc sáeculo portáre.**
**Per Christum.**

**Die 30 iunii**

## S. OTTONIS, EPISCOPI BABENBERGENSIS

Aus schwäbischem Adel stammend, war Otto am polnischen Herzogshof und später als Hofkaplan und Kanzler Heinrichs IV. tätig. Zu seinem Aufgabenbereich gehörte in dieser Zeit (ca. 1097 bis 1102) auch die Leitung des Dombaus zu Speyer. 1102 wurde Otto Bischof von Bamberg. Im Investiturstreit suchte er zwischen Papst und Kaiser zu vermitteln und erhielt 1111 das Pallium. Er gründete und reformierte Klöster und übernahm 1124 die Missionierung der Pommern mit großem Erfolg. Otto starb am 30. Juni 1139 in Bamberg und wurde in der Benediktinerabtei Michelsberg begraben.

**De communi sanctorum et sanctarum,**
**Messbuch pars I, p. 584**

**Collecta**

**Omnípotens et miséricors Deus,**
**cuius spíritu roborátus,**
**beátus Otto epíscopus**
**innumerábilem multitúdinem credéntium**
**Ecclésiae tuae adiúnxit**
**et aetérnae vitae mystériis munívit,**
**Praesta nobis auxílium grátiae tuae,**
**ut donum fídei, quod te largiénte accépimus,**
**grato corde serváre valeámus.**
**Per Dóminum.**

**Die 8 iulii**

## S. DISIBODI, EREMITAE

Disibod kam aus dem Frankenreich und wirkte im 7. Jahrhundert als Eremit und Missionar in der Gegend der unteren Nahe. Auf dem nach ihm benannten Disibodenberg gründete er eine klösterliche Gemeinschaft. Sein Grab wurde Gegenstand frommer Verehrung. Erzbischof Willigis von Mainz errichtete dort ein Kanonikerstift, das später wieder in ein Kloster umgewandelt wurde. In der Nähe dieses Klosters wuchs die hl. Hildegard von Bingen heran, der wir eine legendäre Lebensbeschreibung des hl. Disibod verdanken.

**Ant. ad introitum**

**Isti sunt sancti, qui accepérunt benedictiónem a Dómino**
**et misericórdiam a Deo salutári suo,**
**quia haec est generátio quaeréntium Dóminum.** Cf. Ps 23,5-6

**Collecta**

**Dómine, Deus noster,**
**cuius múnere sanctus Disibódus mundum relínquens**
**abnegatióni et oratiónibus totum se dedit,**
**concéde, quáesumus, nobis,**
**ut, eius exémplo, ánimo prompto tibi oboediámus**
**et múnera nostra álacri stúdio adimpleámus.**
**Per Dóminum.**

**Super oblata**

**Maiestátem tuam supplíciter implorámus,**
**omnípotens Deus,**
**ut, sicut glóriam divínae poténtiae**
**múnera pro Sanctis obláta testántur,**
**sic nobis efféctum tuae salvatiónis impéndant.**
**Per Christum.**

**Ant. ad communionem**

**Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus:**
**Beátus vir, qui sperat in eo.** Ps 33,9

**Post communionem**

**Refectióne sacra enutrítos, fac nos, omnípotens Deus,**
**exémpla beáti Disibódi iúgiter sequéntes,**
**te pérpeti devotióne cólere,**
**et indeféssa ómnibus caritáte profícere.**
**Per Christum.**

**Die 15 iulii**

## B. BERNARDI, BADENIAE MARCHIONIS

Markgraf Bernhard von Hohenbaden wurde daselbst um 1428 geboren. Schon früh sah er sich in politische und familiäre Spannungen verwickelt und strebte nach Ausgleich und Frieden. Auf einer Gesandtschaftsreise erlag er am 15. 7. 1458 in Moncalieri bei Turin einer Seuche. Der Ruf seiner Heiligkeit breitete sich rasch aus, zunächst in der Umgebung von Turin, dann auch in Lothringen und Baden. Das Fest der sel. Bernhard von Baden wurde bald nach seiner Seligsprechung im Jahre 1769 auch ins Speyerer Eigenkalendar übernommen. Seine Verehrung ist noch heute in jenen Teilen des Bistums Speyer lebendig, die ehemals der Markgrafschaft Baden unterstanden.

**Ant. ad introitum**

**Consummátus in brevi, explévit témpora multa:**
**Plácita enim erat Deo ánima illíus:**
**Propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.** Sap 4,13-14a

**Collecta**

**Omnípotens Deus,**

**qui beátum Bernárdum praeclára virtúte decorásti,**
**ut seípsum magno ánimo pópulo tuo impénderet,**
**da nobis, quáesumus, ut eius exémplo**
**quae agénda sunt cognoscámus**
**et in mundo iustítiam, libertátem et pacem propugnémus.**
**Per Dóminum.**

**Super oblata**

**Haec hóstia, Dómine, placatiónis et laudis**
**intercedénte beáto Bernárdo**
**emúndet nostra delícta,**
**et vitam nobis cónferat sempitérnam.**
**Per Christum.**

**Ant. ad communionem**

**Repósita est mihi coróna iustítiae,**
**quam reddet mihi Dóminus in illa die iustus iudex.** 2 Tim 4,8a

**Post communionem**

**Sacro múnere satiáti,**
**súpplices te, Dómine, deprecámur,**
**ut intercessióne beáti Bernárdi**
**constántes efficiámur in fide**
**et in tua voluntáte perseverántes.**
**Per Christum.**

**Die 1 augusti**

## S. PETRI FABRI, PRESBYTERI

Petrus Faber wurde 1506 zu Villaret in Savoyen geboren. Er schloss sich in Paris als erster Gefährte dem hl. Ignatius von Loyola an. Als erster Jesuit kam er nach Deutschland, wo er 1543 Petrus Kanisius für die Gesellschaft Jesu gewann. Vorübergehend (1541 und 1542) wirkte er auch in Speyer. Durch seine Frömmigkeit und Liebenswürdigkeit gewann er viele Abseitsstehende. So konnten die Pfarrer dem Bischof nach der österlichen Zeit des Jahres 1542 melden, dass in jenem Jahr mehr Volk die kirchlichen Pflichten erfüllt habe, als in den 20 vorhergegangenen Jahren zusammengenommen. Petrus Faber starb am 1. August 1546 in Rom.

**Ant. ad introitum**

**Dóminus pars hereditátis meae et cálicis mei ;**
**tu es qui restítues hereditátem meam mihi.**
**Funes cecidérunt mihi in praecláris ;**
**étenim heréditas mea praeclára est mihi.** Ps 15,5-6

**Collecta**

**Deus, qui nos sanctórum tuorum exémplo**
**súscitas ad meliórem vítam**

**et fídei proféctum,
praesta, quáesumus,
ut ex imitatióne beáti Petri
te super ómnia diligéntes
frátribus sincéro corde serviámus.
Per Christum.**

**Super oblata**

**Accépta tibi sit, quáesumus, Dómine,
sacrátae plebis oblatio
pro tuórum commemoratióne Sanctórum,
et praesta,
ut, ex huius participatióne mystérii,
exémpla tuae caritátis referámus.
Per Christum.**

**Ant. ad communionem**

**Amen, dico vobis quod vos qui reliquístis ómnia
et secúti estis me, céntuplum accipiétis
et vitam aetérnam possidébitis.** Cf. Mt 19,27-29

**Post communionem**

**Quáesumus, Dómine Deus noster,
divína mystéria,
quae in tuórum commemoratióne Sanctórum
frequentámus,
salútem et pacem in nobis operéntur aetérnam.
Per Christum.**

**Die 9 augusti**

## S. TERESIAE BENEDICTAE A CRUCE (Edith Stein), MARTYRIS ET RELIGIOSAE, PATRONAE EUROPAE

### Festum

Edith Stein wurde am 12. Oktober 1891 als jüngstes Kind einer jüdischen Familie in Breslau geboren. Schon in früher Jugend verlor sie den überkommenen Glauben an den Gott ihrer Väter. Nach Jahren einer von tiefer Wahrheitssuche geleiteten wissenschaftlichen Beschäftigung mit der Philosophie ihrer Zeit (Phänomenologie) fand sie die Wahrheit im katholischen Glauben (1921). Am 1. Januar 1922 ließ sie sich in Bergzabern taufen, am 2. Februar des gleichen Jahres in Speyer firmen. Von 1923 bis 1931 unterrichtete Dr. Edith Stein am Lehrerinnenseminar und am Mädchenlyzeum von St. Magdalena in Speyer. Nebenbei widmete sie sich weiteren philosophischen Studien und einer ausgedehnten Vortragstätigkeit auf dem Gebiet der katholischen Frauenbildung. Ihrer längst erkannten Berufung zum beschaulichen Leben folgte sie 1934 durch den Eintritt in den Karmel zu

Köln. Sie nahm den Ordensnamen Teresia Benedicta a Cruce an. Die Judenverfolgung in Deutschland zwang sie Ende 1938 dazu, nach Holland in den Karmel zu Echt auszuweichen. Hier entstand ihr letztes, erst posthum erschienenes Werk „Kreuzeswissenschaft“. Als katholische Jüdin Anfang August 1942 von der deutschen Besatzungsmacht verhaftet, wurde sie, zusammen mit ihrer Schwester Rosa, am 9. August 1942 im Konzentrationslager Auschwitz gewaltsam getötet. Papst Johannes Paul II. sprach sie am 1. Mai 1987 in Köln selig. Aus diesem Anlass kam er am 4. Mai 1987 auch nach Speyer, wo Edith Stein die ersten Jahre nach ihrer Bekehrung gelebt und gewirkt hat. Die Heiligsprechung erfolgte am 11. Oktober 1998 in Rom.

**Ant. ad introitum**

**Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.** Gal 6,14

**Collecta**

**Deus patrum nostrórum Abraham, Isaak, Iacob**
**qui sanctam Edith Stein**
**Teresiam Benedíctam a Cruce mártyrem**
**ad agnitiónem Filíi tui crucifíxi**
**eiúsque imitatiónem usque ad mortem perduxísti,**
**ipsa intercedénte, concéde,**
**ut omnes hómines Christum Salvatórem agnóscant**
**et per eum ad perpétuam tui visiónem pervéniant.**
**Qui tecum vivit et regnat.**

**Super oblata**

**Dómine Deus noster,**
**qui diversas fóederis véteris hóstias**
**unínus sacrificíi perfectióne sanxísti,**
**súscipe, quáesumus, múnera nostra,**
**in commemoratióne sanctae Edith Stein**
**Teresiae Benedíctae a Cruce deláta,**
**pro sacrifício celebrándo fóederis novi et aetérni,**
**quod Fílius tuus sanguine suo cóndidit.**
**Qui vivit et regnat in saécula saeculórum.**

**Ant. ad communionem**

**Si ambulávero in medio umbrae mortis, non timébo mala, quóniam tu mecum es.**
Cf. Ps 22,4-5

**Post communionem**

**Memóriam sanctae Edith Stein**
**Teresia Benedíctae a Cruce mártyris venerántes,**
**fructum coeléstem de árbore crucis accépimus.**
**Concéde, quáesumus, clementíssime Deus,**
**ut in fortitúdine cibi illíus**
**Christo fidéliter haereámus,**
**dónec de árbore vitae in paradíso edámus.**

**Per Christum.**

Die 15 augusti

# IN ASSUMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS, PATRONAE DIOECESIS SPIRENSIS

**Solemnitas**

Ausgangs- und zugleich zentraler Punkt der Marienverehrung im Bistum ist der Dom zu Speyer. Schon der merowingische Dom in Speyer besaß (um 670) ein Marienpatrozinium, allerdings in der Form des damals beliebten Doppelpatroziniums: Maria und Erzmärtyrer Stephanus. Von 859 an erscheint die Speyerer Bischofskirche nur noch als Mariendom. Kaiser Konrad II. griff bei der Gründung seines Kaiserdomes bewusst auf das alte Marienpatrozinium zurück. 1046 wurde der Hochaltar zu Ehren Mariens geweiht (wahrscheinlich sogar am Maria-Himmelfahrtstag selbst). Das Gnadenbild der Patrona Spirensis machte den Dom seit dem Mittelalter zu einem Mittelpunkt der Marienverehrung für das ganze Bistum Speyer.

**Cf. Messbuch Teil I, p. 561.**

Die10 septemb.

# S. THEODARDI, EPISCOPI ET MARTYRIS

Theodard, zwischen 613 und 622 geboren, gilt als Schüler des hl. Remaclus und war Onkel und Erzieher des hl. Lambert, seines Nachfolgers auf dem Bischofsstuhl von Maastricht. Wegen der Übergriffe der Großgrundbesitzer und königlichen Steuereinnehmer gegenüber dem Kirchengut seiner Diözese wollte er sich bei König Childerich II. beschweren und wurde auf der Reise zu ihm von seinen Gegnern im Bienwald, unweit Speyer, nach dem 6. September 669 oder 670 ermordet. Sein Leib wurde vom hl. Lambert nach Lüttich überführt. Das „Dieterskirchlein“ bei Rülzheim in der Pfalz hält die Erinnerung an den Heiligen und an seinen Märtyrertod wach.

Ant. ad introitum

**Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem,**
**et a verbis impiórum non tímuit ;**
**fundátus enim erat supra firmam petram.**

Tagesgebet

**Deus, qui beáto Theodárdo mártyri**
**pro iustítia magno ánimo vitam profúndere tribuísti,**
**da nobis, eius intercessióne,**
**nostram pro Christo vitam in hoc sáeculo abnegáre,**
**ut eam in caelo invenire possímus.**
**Per Dóminum.**

**Super oblata**

**Respíciens, Dómine, Deus noster,
mortem sancti Theodárdi episcopi
in conspéctu tuo pretiósam
eius intercessióne nosmetípsos
in munéribus tibi dicátis
áccipe sacrifícium benéplacens.
Per Christum.**

**Ant. ad communionem**

**Neque mors, neque vita, neque creatúra áliqua póterit nos separáre a caritáte Christi.** Cf. Röm 8,38-39

**Post communionem**

**Caelésti dape satiátos,
miséricors Deus, confórta contra tenebrárum potestátes
nobísque in terris peregrinántibus succúrre
consolátor supérnus.
Per Christum.**

**Die 17 septemb.**

# S. HILDEGARDIS, ABBATISSAE

Hildegard, als Tochter des Hildebert von Bermersheim 1098 geboren, war zunächst Schülerin der sei. Jutta vom Disibodenberg (im heutigen Bistum Speyer), wo sie von 1106 an zuerst als Klausnerin, dann als Nonne und ab 1136 als Äbtissin lebte, bis sie 1150 in das von ihr gegründete Benediktinerinnenkloster Rupertsberg bei Bingen übersiedelte. Ihre Schriften zeigen Hildegard als begnadete Mystikerin und Dichterin, der auch das medizinische und naturwissenschaftliche Wissen ihrer Zeit bekannt war. In ihrem Buch „Scivias“, das in der Hauptsache noch auf dem Disibodenberg entstanden ist, wies sie den mystischen Weg des Aufstiegs der Seele durch Beschauung und Leiden. In Briefen und Predigten forderte Hildegard unermüdlich und schonungslos Klerus, Adel und Volk zur Umkehr auf. Am 17. September 1179 auf dem Rupertsberg gestorben, wurden ihre Gebeine 1642 in das ebenfalls von ihr gegründete Kloster Eibingen bei Rüdesheim überführt.

**De communi sanctorum et sanctarum,
Messbuch pars I, p. 586.**

**Collecta**

**Fons omnis vitae, Deus,
qui beátam Hildegárdem
spíritu prophetíae implére dignátus es,
praesta nobis auxílium grátiae tuae,
ut, eius exémplo, vias tuas meditántes
et mónita tua sequéntes,
in ténebris huius mundi
claritátis tuae lucem cognóscere valeámus.**

**Per Dóminum.**

Die 5 octobris

## IN DEDICATIONE ECCLESIAE CATHEDRALIS

**In ecclesia cathedrali: Solemnitas**
**In aliis ecclesiis dioecesis Spirensis: Festum**

Der frühsalische Dom zu Speyer ist im Jahre 1061 durch Bischof Gundekar von Eichstätt geweiht worden. Als Weihetag gilt nach einem Eintrag im älteren und im jüngeren Seelbuch des Speyerer Domkapitels der 4. Oktober. Dieser Termin der ersten Domweihe ist freilich in der Forschung nicht unumstritten. Um eine Beeinträchtigung des Gedenktages des hl. Franz von Assisi am 4. Oktober zu vermeiden, wurde der Jahrestag der Domkirchweihe 1964 auf den 5. Oktober festgelegt.

**De Communi Dedicationis ecclesiae,**
**Messbuch pars I, p. 575.**

Die 3 novembris

## S. PIRMINII, ABBATIS ET EPISCOPI

Pirmin lebte als „um Christi willen Heimatloser“ (monachus peregrinus) und als Klosterbischof in der frühen Karolingerzeit im alemannischen Raum. Seine Herkunft ist ungeklärt, seine monastische Lebensart wohl eher dem irofränkischen als dem spanisch-aquitanischen Mönchtum zuzuordnen. Auch ist nicht sicher erwiesen, ob Pirmin selbst der Verfasser der ihm zugeschriebenen „Dicta Pirminii“ (des sog. Scarapsus) ist. Von kirchengeschichtlicher Bedeutung ist Pirmin durch seine verschiedenen Klostergründungen geworden, darunter Reichenau, Murbach im Elsaß und (um 742) Hornbach in der heutigen Pfalz. In Hornbach ist Pirmin gestorben -wahrscheinlich am 3. November 753 - und begraben worden. 1575 kamen seine Gebeine nach Innsbruck. Pirmin gilt als Patron von Innsbruck, des Elsaß und der Pfalz. Die Stadt Pirmasens leitet ihren Namen von Pirmin her.

**De Communi pastorum,**
**Messbuch pars I, p. 584.**

Collecta

**Deus, cuius múnere beátus Pirmínius**
**pópulum tuum fídei praedicatióne illuminávit**
**et domos vitae religiósae fundávit,**
**concéde quáesumus,**
**ut evangélica véritas indesinénter mundo nuntiétur**
**et regnum tuum iúgiter consumétur.**
**Per Dóminum.**

## Die 3 novembris B. RUPERTI MAYER, PRESBYTERI

Der selige P. Rupert Mayer S.J. wurde 1876 in Stuttgart geboren. Als Priester der Diözese Rottenburg trat er im Jahre 1900 in den Jesuitenorden ein. Seit 1912 lebte und wirkte er in München. Im ersten Weltkrieg war er Divisionspfarrer und verlor das linke Bein. Nach dem Krieg wirkte er in München als erfolgreicher und begeisternder Männerseelsorger. Während der nationalsozialistischen Herrschaft 1933-1945 war er als Widerstandskämpfer im Gefängnis, im Konzentrationslager Sachsenhausen und in der Verbannung nach Ettal, wo er vier Jahre abgeschlossen von der Welt leben musste. Der selige Rupert Mayer war ein unermüdlicher Helfer der Armen, ein mutiger Prediger und Verteidiger der Freiheit der Kirche und ein opferbereiter Beter. Er starb am Fest Allerheiligen 1. November 1945 in München, wo er am 3. Mai 1987 von Papst Johannes Paul II. seliggesprochen wurde.

**De Communi pastorum,**
**Messbuch pars I, p. 584**

**Ant. ad introitum** **Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius; in pace et in aequitate ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.** Mal 2,6

**Collecta**

**Deus qui Beatum Rupertum presbyterum**
**fortem fidei confessorem**
**pauperumque adiutorem fecisti,**
**largire, quaesumus, eius intercessione,**
**ut in Ecclesia tua praedicatores eximii suscitentur,**
**nobisque cor necessitatibus hominum patens donetur.**
**Per Dominum nostrum.**

**Ant. ad communionem**

**Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;**
**beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur:**
**beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,**
**quoniam ipsorum est regnum caelorum.** Mt 5,8-9

**In ecclesiis consecratis, quarum dies consecrationis ignoratur:**

## Die 18 novembris IN DEDICATIONE ECCLESIAE PROPRIAE

### Solemnitas

Seit dem Dekret der Ritenkongregation vom 28. Oktober 1913, worin die gesonderte Feier des Kirchweihfestes für die Kathedrale und die übrigen Kirchen einer Diözese verlangt wurde, ist auch im Bistum Speyer wieder vorgeschrieben, dass jede Kirche ihr Kirchweihfest am eigenen Konsekrationstag begehen soll. Nur jene Kirchen, deren historischer Weihetag nicht mehr auszumachen ist, sollten ihren Kirchweihtag weiterhin gemeinsam feiern. Das geschah bis 1972 am 10. November und zwar wegen der Nachbarschaft dieses Termins zu dem seit 1773 gemeinsamen Kirchweihtag für alle Kirchen der Diözese. Um eine Häufung von Kirchweihfeiern kurz hintereinander zu

vermeiden, gestattete die Gottesdienstkongregation 1972 die Festlegung des Jahrestages der Kirchweihe in Kirchen mit unbekanntem Dedikationsdatum auf den 18. November.

**De Communi Dedicationis ecclesiae,**
**Messbuch pars I, p. 575.**

## Die 4 decembris B. ADOLPHI KOLPING, PRESBYTERI

Als Sohn eines Schäfers wurde Adolph Kolping am 8. Dezember 1813 in Kerpen bei Köln geboren, wo er die Volksschule besuchte und das Schuhmacherhandwerk erlernte. Seit 1837 besuchte er das Marzellengymnasium in Köln, um Priester zu werden. Nach seinem Studium in München, Bonn und Köln wurde er am 13. April 1845 in der Kölner Minoritenkirche zum Priester geweiht. Als Kaplan in der Industriestadt Wuppertal-Elberfeld (1845-1849) lernte er das Elend der Arbeiter kennen. Angeregt durch den von Lehrer Johann Gregor Breuer gegründeten Jünglingsverein, fand Adolph Kolping seine Lebensaufgabe darin, sich der jungen Handwerker und Arbeiter in ihrer sozialen Not anzunehmen und ihnen in der Kirche Heimat zu geben. Als Domvikar in Köln gründete er am 6. Mai 1849 den Kölner Gesellenverein, der Ausgangspunkt des heutigen Internationalen Kolpingwerkes wurde. Adolph Kolping starb am 4. Dezember 1865. Sein Grab in der Minoritenkirche, deren Rektor er seit 1862 gewesen war, wurde schon bald nach seinem Tod verehrt. Papst Johannes Paul II. sprach ihn am 27. Oktober 1991 in Rom selig.

**Ant. ad introitum**

**Benedictus vir, qui confídit in Dómino,**
**et erit Dóminus fidúcia eius,**
**et erit quasi lignum, quod transplantátur super aquas,**
**quod ad humórem mittit rádices suas,**
**et non timébit, cum vénerit aestus.** Ier 17,7.8a,b

**Collecta**

**Deus Pater mésericors,**
**qui beátum Adólphum Kolping**
**de arte sutrína ad sacerdótium vocásti,**
**ut per eum iúvenes e misériis spirituálibus**
**et sociálibus eríperes,**
**da nobis, quáesumus, eius intercessióne,**
**ut res advérsas témporum nostrórum cognoscámus**
**et fratrum necessitátibus, te adiuvánte, subveníre possímus.**
**Per Dóminum.**

**Super oblata**

**Dómine Deus,**
**panem et vinum tibi offérimus,**
**quae fructus sunt nostri humáni labóris**
**supplíciter deprecántes,**
**ut haec múnera in sacrifícium convértas,**

quod toti mundo proficiat ad salútem.
Per Christum Dóminum nostrum.

Ant. ad Communionem

Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere,
ómnia in nómine Dómini Iesu
grátias agéntes Deo Patri per ipsum. Col 3,17
Vel:
Sicut diléxit me Pater,
et ego diléxi vos, dicit Dóminus,
manéte in dilectióne mea. Io 15,9

Post communionem

Participátio húius caeléstis convívii,
ad quod accédere nos fecísti,
quaesumus, Dómine,
nos ad labóres suscipiéndos confírmet,
ut, exémplo beáti Adólphi Kolping,
ecclésiam tuam et societátem humánam renováre possímus.
Per Christum Dóminum nostrum.

## MISSA VOTIVA PRO CHRISTIFIDELIBUS IN DIASPORA VIVENTIBUS

Ant. Ad introitum

Nólite timére, pusíllus grex, quia complácuit patri vestro dare vobis regnum. Lc 12,32

Collecta

Deus, qui antíquis tempóribus
pópulum tuum inter gentes dispérsum
mirabíliter servásti
et testem magnitúdinis tuae constituísti,
réspice propítius fílios tuos christifidéles
nostris diébus in solitúdine dispersiónis degéntes
eósque custodíre dignéris,
ut verbo vitae congregáti,
et sacramentórum virtúte suffúlti
ennárrent in pópulis magnália tua
et evangélicae veritátis testes inveniántur.
Per Dóminum.

Super oblata

Preces et munera,

quae pro sacrifício celebrándo offérimus,
omnípotens Deus,
fratérnam in nobis áugeant caritátem
et Ecclésiam tuam in Christi fide múniant.
Qui tecum.

**Ant. ad communionem**

**Erant autem perseverántes in doctrína Apostolórum, in communicatióne fractiónis panis, et oratiónibus. Dóminus autem augébat, qui salvi fiérent, cotídie in idípsum.** Act 2,42

**Post communionem**

**Mensae caeléstis partícipes effécti
quáesumus, clementíssime Deus,
ut, sicut hoc sacraméntum uniónem
ómnium Ecclésiae filiórum praesígnat,
ita fidem nostram in adversitátibus
semper confírmet.
Per Christum.**